

DE FRAGMENTIS SCRIPTORVM APVD NONIVM SERVATIS

In libello meo, cui titulus 'Nonius Marcellus', Oxonii a. 1901 edito docui Nonium Marcellum in componenda Compendiosa Doctrina materiem suam ex XLI libris hausisse, quos eodem semper ordine ad partes vocat:

- 1 Glossario nescioquo,
- 2 Plauto in fabulis XXI Varronianis (hoc ordine: Amph., Asin., Aul., Bacch., Cist., Cas., Capt., Cure., Epid., Mil., Men., Merc., Most., Pers., Pseud., Poen., Rud., Stich., Trin., Truc., Vid.¹),
- 3 Lucretio,
- 4 Naevio in Lyceurgo,
- 5 Accio in his fabulis: Eury. (Eris.), Arm. Iud., Asty., Oen., Ter., Alph., Amph., Melan., Epinaus., Pelop., Phoen., Med., Philoct., Alcm., Teleph.
- 6 Pomponio in his: Pict., Prost., Pannuc., Papp. agr., Piscat., Pist., Praec. post., (?) Petit., (?) Porc.,
- 7 Novio in his: Full. fer., Paed., Agric., Zon., (?) Dec., (?) Gallin., (?) Ficit., (?) Tabell., (?) Sann., (?) Macc., (?) Macc. ex., (?) Mil. Pomet., (?) Papp. praet., (?) Praec. post.,
- 8 Accio in his: Epig., Meleag., Aen. aut Dec., Stas. vel Trop. Lib., Atham., Clyt., Bacch., Neopt., Erig., Nyct., Andr., Atr., Phin., Agam., (?) Antig., (?) Chrys.,
- 9 Lucilio in Saturarum libris I—XX,
- 10 Ennio in his fabulis: Hect. lytr., Teleph.,
- 11 Turpilio in his: Boeth., Demetr., Caneph., Demiurg., Epiel., Thras., Paed., Philop., Leucad., Lind., Lemn., Parater., Het.,

¹ In libello meo Vidulariam (Bid.) inter Bacch. et Cist. in Nonii exemplari fuisse dixi. Quod tamen nunc dubito. Cf. Non. 468 M. 35.

- 12 Pacuvio in his: Atal., Perib., Dolor., Herm., (?) Ilion., (?) Med.,
- 13 Cicerone in libris de Republica,
- ? 14 Glossario altero,
- 15 Varrone in his Menippeis: Εύρ., Ἐχω, περὶ ἐξαγ., Mut. mul., Ἀνθρ., Marcop., Cygn., Sciam., Syneph., Τὸ ἐπὶ τῷ, Ἄλλ’ οὐ, Pap. pap., Pseud. Ap., Cosmot., Gloria, Flaxtab., Testam., Ἐκατ., Peripl. I et II, Octog., Serran., Ἔως πότε, Desult., Devict., Prom. libr., περὶ κερ., Tithon., Est mod., Epitaph., Trihod. Trip., (?) περὶ αἴρ., (?) Vinal.,
- 16 Cicerone in libro II de Deorum Natura,
- 17 Accio in his fabulis: Myrm., Diom.,
- 18 Sallustio in Jug., Hist., Cat.,
- 19 Afranio in his fabulis: Vop., Priv., Fratr., Except., (?) Divort., (?) Epist., (?) Susp.,
- 20 Cicerone in libro I de Officiis,
- 21 Naevio in Danae,
- 22 Vergilio,
- 23 Terentio (hoc ordine fabularum: Andr., Ad., Phorm., Hec., Heaut., Eun.),
- 24 Cicerone in epistolis ad Caes. iun., in orationibus Verrinis et Philippicis,
- 25 Lucilio in libris XXVI—XXX (hoc ordine citatis: XXX —XXVI),
- 26 Glossario tertio,
- 27 verborum serie quadam alphabeticō, quem dicunt, ordine (ABCD—) disposita,
- 28 adverbiorum serie eodem disposita ordine,
- 29 Cicerone in libris II—III de Off., Hort., Sen.,
- 30 Plauto in fabulis Amph., Asin., Aul.,
- 31 Varrone in his Menippeis: Marcip., Andab., L. Maen., Myst., Agath., Quinq., Endym., Virg. div., Geront., Parm., Herc. t. f., Meleagr., Ταφ. Μεν., Sesqueul., (?) Herc. Soer., Sexag., Γνωθ. σε., Eum.,
- 32 Gellio in Noctibus Atticis,
- 33 Varrone in his Menippeis: Bimarc., Man., Mod., Ὁν. λυρ.,
- 34 Cicerone in libris de Finibus,
- 35 Glossario quarto,
- 36 Sisenna in libris III—IV Historiarum,
- 37 Cicerone in Oratore, et libris de Oratore,
- 38 Glossario quinto,

- 39 Cicerone in Acad., Tusc.,
 40 Varrone in libro I de Re Rust.,
 41 Varrone in libris de Vita pop. Rom., Cat. vel de lib. educ.

Docui porro eos fontes ea constantia a Nonio esse adhibitos,
 ut loci ex iis citati eundem ordinem in singulis Compendiosae
 Dōctrinae libris servent atque in fontibus ipsis.

Verbi gratia, in libro II^o sub littera P haec lemmata ex
 fonte XXX^o: (Plauto in Amph. Asin. Aul.) exhibet Nonius
 (pp. 151, 152 M.):

piem	cum citatione	Asin. 506
portisculus	„	515
perplexabile	„	792
praesegmina	„	Aul. 312
pipulo	„	445
picos	„	701

Sequuntur haec lemmata ex fonte XXXI^o (Varr. in Me-
 nippensis quibusdam):

percellere	cum citatione	Parm.
pinsere	„	Taq. Mev.
porcas	„	Taq. Mev.
putidum	„	Taq. Mev.
[paenititudinem]		
praebitio	„	Eum.
pueros	„	Eum.
paxillus	„	Eum.

Quid est cur dubitemus credere locos saturarum Taq. Mev.
 et Eum. verum ordinem non minus exhibere quam locos fabu-
 larum Asin. et Aul.?

Et recte quidem nos ita credere demonstravi in libello supra
 dicto, ubi tota res plene tractatur.

Habemus igitur regulam ad quam verus ordo fragmentorum
 aliquot apud Nonium servatorum constituatur, eorum scilicet quae
 Nonius ex scriptore ipso, neque ex glossario aliquo neque ex
 commentatione marginali hausit. Qua regula usus hic in unum
 colligam ea quae citationum apud Nonium dispositio de vero
 ordine fragmentorum docet. Scito igitur:

Lucilii lib. I fr. XXIX Mu.	locum habere post fr. XXVIII	
III	XXI	XLIII
XLV	„	VI
VI (immo VII) XIV	„	XIV (libri VII)

Lucilii lib. VII fr.	XIV	Mu.	locum habere post fr.	XI
VIII	III		"	II
XIII	II		"	III
XV	VI		"	VII
XIX	VII		"	II
XXVI	VII		"	XXX
	IX		"	XLV
	? XII		"	XVIII
	XVIII		"	XXXV
	XXV		"	XLVI
	XXVII		"	LV
	XXXV		"	LVI
	XLII		"	LXI
	XLV		"	LXXV
	XLIX		"	XXVII
				(etiam post L)
	LII		"	XIV
	LIII		"	LII
	LIV		"	LIII
	LV		"	LIV
XXVII	I		"	XIV
	XIV		"	XXXI
	XXI		"	XXXIII
	XXV		"	XXIII
	XXXI		"	XXX
	XXXIII		"	XX
	XXXIX		"	XXXVIII
XXVIII	VI		"	XXVII
	VIII		libri XXIX (immo XXVIII)	
(immo libri XXIX)			"	XXX libri XXIX
	XVIII		"	XVI
	XXXII		"	XXI
XXIX	VI		"	LXXXIX
	VII		"	LXXV
	XVII		"	XXXVIII
	XIX		"	LXI
	? XX		"	XXXI
(fort. libri XXVIII)				
	XXIX		"	LXXVIII
	? XXX		"	LXXXI

		Lucilii lib. XXIX fr. XXXIV Mu. locum habere post fr.	XLII
	LVII		XXVIII
		libri XXVIII (immo XXIX)	
	LXIII	"	XVII
	LXXII	"	XXX
	LXXVIII	"	LXIII
	LXXXI	"	LXXI
	LXXXII	"	LVII
	LXXXIII	"	LV
XXX	VI	"	XI
	XI	"	LXVIII
		libri XXIX (immo XXX)	
	XV	"	LXXV
	XVIII	"	XIX
	XIX	"	LXIII
	? XXXIV	"	LXXVIII
	XXXV	"	XXXIV
	XXXVII	"	XXXV
	XL	"	XXXIX
	XLIX	"	LXXIX
	LVII	"	LX
	LXXIV	"	LXX
	LXXIX	"	XXXVII
	XCII	"	XCH
	CI	"	LVI
? inc. (immo libri VIII) XLIV		"	XI libri VIII
Sisennae lib. III fr. 14 Pet.	locum habere post fr.	33	
18	"	31	
25	"	117	
29	"	20	
31	"	24	
32	"	25	
33	"	9	
42	"	30	
47	"	43	
IV	52	"	73
	66	"	110
	68	"	52
	79	"	122
	81	"	83
	82	"	81

Sisennae lib. IV fr. 86 Pet.	locum habere post fr.	60
94	"	116
103	"	104
104	"	121
107	"	118
110	"	120
118	"	93
122	"	107
inc. 136 (immo libri III)	"	17
Ciceronis Hortens. fr. 84 Muell.	locum habere post fr.	16
96	"	33
Rep. III § 40 Numquam etc.	„	§ 24 Nam cum etc.
? fr. 3 Poeni etc.	„	§ 8 lib. IV.
(fort. libri IV.)		Admiror etc.
IV § 6 Censoris etc.	„	§ 6 Itaque etc.
§ 7 Nolo etc.	„	§ 7 Fides etc.
§ 7 Fides etc.	„	§ 6 Censoris etc.
Epp. ad Caes. Jun. II fr. 18	„	fr. 17
Plauti ¹ Amph. fr. VIII (Teubn., 1893) locum habere post fr.	IX	
XII	"	VII
Bacch. XIII	"	V
Varronis Agath. fr. VIII Bue.	locum habere post fr.	I
Bimarc.	X	"
	XII	"
Hecat.	V	"
Eum.	XII	"
	XIII	"
	XVII	"
	XXX	"
	XL	"
	XLV	"
	XLVIII	"
Geront.	V	"
	VII	"
	XIII	"
Γνωθ.	VII	"
Herc. t. f.	I	"
		IV

¹ Non tamen affirmare licet Bacch. fr. XVII post XVIII locum habere. Nam ex ordine eo quem singulæ particulæ lemmatum in lib. IV⁰ tenent nihil certi colligitur (cf. lemma *inducere*, p. 330 M.).

Varronis L.	Maen.	fr. IV	Bue.	locum habere post fr.	III
Man.	XIV		"		X
Marcip.	I		"		VIII
	III		"		II
	IV		"		VI
	VII		"		III
	XVI		"		I
Mod.	IX		"		I
	XVIII		"		XII
? Ov. λυρ.	V		"		IV
	XI		"		XV
	XVI		"		XX
Pap. pap.	IX		"		X
	X		"		XII
Sesqueul.	XXI		"		XVI
Sexag.	III		"		X
	XX		"		IV
Tαφ. Μεν.	IV		"		II
	VIII		"		XX
	XIV		"		IX
	XVI		"		XIV
	XX		"		XII
Naevii Lycurr.	fr. XIV	Ribb. (1871)	"		X
Ennii Hect. Lytr.	IV ^b		"		IV ^a
? Teleph.	I		"		III
? Pacuvii Med.	XXII		"		XXI
	Teuc.	XI	"		XIX
Accii Alcm.	IV		"		III
	Eurys.	VI	"		I
	Med.	IX	"		XIV
	Meleag.	IV	"		XVII
	Phoen.	III	"		XII
	Teleph.	XV	"		IX
? Afranii Epist. fr.	XI	Ribb. (1873)	"		X
Except.	VIII		"		VI
Fratr.	X		"		XI
	XIV		"		IV
Vop.	XXV		"		XVI
Pomponii Pannuc.	III		"		VI
	IV		"		II
	VI		"		IV

Pomponii Pict.	fr.	I	Ribb.	locum habere post fr.	II
		II		"	IV
Praec.	post.	VIII		"	VII
Prost.		IV		"	V
		V		"	VIII
? Novii	Paed.	VI		"	V

De fragmentis Varronis librorum de Vita pop. Rom. et de Lib. educ. nondum satis commode editorum nihil dico. Qui tamen eorum librorum editionem parabit, is diligenter Nonianarum ordinem citationum scrutetur necesse erit.

Neque ea indicia neglegenda quae ordo citationum praebet ad emendandos librorum vel titulos vel numeros a scribis perperam relatos vel ad confirmandos eos quos editores mutare voluerunt.

Apparet igitur:

Lucilii lib. VI fr. XIV revera esse lib. VIIⁱ, cum antecedant duo lemmata ex lib. VII⁰. Itaque legendum ap. Non. 22 M. *VII. iactari* (VII. *actari codd.*).

Lucilii lib. XIX fr. IX revera esse lib. XXIXⁱ (sic codd. aliquot), cum lemma *spargere* (Non. 404 M.) ex fonte Luciliano altero venerit.

Lucilii lib. XXVII fr. XXXIV revera esse lib. XXVIIⁱ (sic codd.: XXVI coni. M.). Quod enim lemmata (Non. 138 M.) ex lib. XXVI⁰ sequuntur, id optime convenit cum citandi more Noniano.

Lucilii lib. XXVIII fr. I vv. 1—2 revera esse lib. XXIXⁱ, cum lemma *deferre* (Non. 289 M.) inter lemmata ex lib. XXX⁰ et lib. XXIX⁰ stet.

Lucilii lib. XXIX fr. LXVIII revera esse lib. XXXⁱ, cum sequantur lemmata ex lib. XXX⁰.

Lucilii lib. XXIX fr. LII non esse libri XIX (sic codd.), cum lemma *cupiditas et cupidio* ex fonte Luciliano altero haustum esse videatur.

Lucilii lib. XXX fr. XXXV revera esse lib. XXXⁱ, cum praecedentia et sequentia lemmata ex eo libro sint.

Sisennae fr. 9 esse lib. IIIⁱ (*I* vel *II* codd.), cum lemma *remulcare* (Non. 57 M.), primum lemma in serie Sisenniana, Nonius ex suo exemplari sumpsisse videatur. Id autem exemplar tantummodo libros III—IV habuit. Sequuntur lemmata ex lib. III⁰ hausta.

Sisennae fr. 104 esse lib. IVⁱ, cum lemma *caecum* (Non. 449 M.) inter lemmata ex libro IV⁰ hausta stet.

Sisennae fr. 117 esse lib. IIIⁱ, cum sequantur lemmata ex

lib. III⁰. Legendum igitur ap. Non. 161 M. 20 *III idemque* (III idemque *vel III iidemque codd.*).

Ciceronis Acad. Post. III fr. 13 esse lib. IVⁱ et locum post Acad. Pr. II § 120 habere, cum lemma *exultare* (Non. 65 M.) sequatur duo lemmata ex lib. IV⁰ hausta.

Com. pall. inc. fr. XVIII *vinnulum sensi locum* Turpilii esse et aut ex Paraterusa fabula aut ex Hetaera citatum, nisi quidem Varronis saturae Menippeae nescio cui ascribendum est. Nam praecedunt lemmata *vilitant*, *vilicari* (Non. 185 M.) ex Turpili Lindia et Paraterusa, sequuntur duo lemmata ex Sallustio hausta.

Quamvis tamen Nonius mirum quantum constantiae in ordine citationum servando exhibuerit¹, cavendum est ne codicum testimonium sine debita circumspectione abiciatur. Itaque Schottmuellero non assentior neganti illud *Lucilius Satyrarum lib. XI* ap. Non. p. 22 M. 29 (s. v. *tricones*) verum esse posse, cum lemma *tricones* hanc seriem Lucilianam claudat: *cernuus* Sat. III, *stricturae* Sat. III, *quiritare* Sat. VI, *caries* Sat. VII, *virosae* Sat. VII, *capronae* Sat. VII, *cerebrosi* Sat. XV, *prostomis* Sat. XV, *tricones* Sat. XI. Locus enim Lucilianus, qui illud *trico* exhibet, etiam in IV⁰ capitulo Compendiosae Doctrinae appareat (s. v. *lentum*, 'facile', p. 338 M.), unde hoc ab interpolatore nescioquo translatus esse videtur². Nempe plus adiuvamus in confirmando quam in abiciendo testimonio codicum. Noli igitur dubitare illud XVII Quicherati abicere in citatione (Lucil. XXVIII fr. XL) manifestissime ex fonte Luciliiano altero hausta (ap. Non. 371, 16).

ad S. Andreae Scotorum.

W. M. Lindsay.

¹ Sicui ea quae in libello meo exposui parum persuaserunt, is quaeso secum reputet, quot lemmata, quae primo aspectu a norma dissentire videantur, tum demum consentire intellegantur, simul atque verus fons, unde Nonius ea hauserit, sit indagatus. Habes ap. Non. 349 M. 2 citationem (s. v. *maturum*) ex Accii Melanippo inter Vergilianam et Ciceronianam (Off. III 59). Credideris ordinem interruptum, cum illa Accii fabula longe prius quam Vergilii poemata et Ciceronis de Officiis libri II—III vocari a Nonio ad partes soleat. Respice autem ad p. 154 (s. v. *praesente*); intelleges Nonium revera hunc versum Accianum in Glossario Adverbiorum repperisse, non in ipsa Accii fabula. Cf. 'Non. Maro.' p. 22 (ad *adfari*, Non. p. 463), p. 27 (ad *pauperies*, Non. p. 494), p. 43 (ad *expetunt*, Non. p. 104), p. 93 (ad *fastidiliter*, Non. p. 112), p. 48 (ad *inpuno*, Non. p. 129), etc.

² Illud etiam velim tecum reputes, quot citations, quae ordinem interrumpere videantur, in aliis Compendiosae Doctrinae locis reperiantur, ex quibus eas ab interpolatore travectas esse pateat. Velut illa Ciceroniana (Hort. fr. 24) quae ex Nonii p. 401 (s. v. *subigere*) travecta ordinem hoc modo interrupit in p. 395 (s. v. *seges*):

SEGES est frumenti fructus. Vergilius Aen. lib. II: in segetem ... austris. [Segetem, terram. M. Tullius in Hortensio: ut enim segetes agricolae subiungunt ... serant.] Segetem etiam ipsam terram dicimus. Vergilius, etc.

Nonne manifestum est verba ea, quae inclusi, ex adscriptione marginali in contextum ipsum deerrasse?